



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Christus cruci adfixus quomodo sit contemplandus & imitandus: mori seculo vti contingat: via crucis vt sit sola via ad vitam. Can. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Itaq; inter varios fructus, qui ex passionis meae meditatione colliguntur, non infimus est, virtutes, actus, passionibusque meis contemplari, ut humili, pio ac feruente desiderio accendaris ad imitandum. Neque magis grata mihi esse potes, neque comparari sanctius, quam ut fortiter te abnegando, meque humiliter imitando, studeas mihi conformari opere ac veritate. Humiliare igitur sub potenti manu mea, & crucem vnde cuique tibi adueniat, incunctanter amplectere. Neque tuum est percontrari aut discutere, vnde tibi crux eueniat, & neque hanc, neque illam, quam ferre malis, eligere: sed quamcumque super te senseris imponi, tanquam e manibus meis, & iussu meo tibi impositam & quanimiter ferre discas: quandoquidem nihil tua interesse debet, quid aut a quo, sed cuius amore tibi patiendum sit. Quapropter si nemo etiam tibi crucem imponat, pro meo tamen beneplacito, (quid tui amore crucem portans iubeo te me sequi adeo tibi desiderata haec esse debet, ut absque cruce te nunquam patiaris immunem. Vnde si nemo tibi crucem imponat, tu ipsa super te crucem sumas. Porro haec crux abnegatio debet esse tui ipsius, sensuumque tuorum mortificatio, quos freno stringas disciplinae, & nequaquam quo natura aut consuetudo inclinat vitiosa, licentiam illis finas.

Principio igitur, ut mundo profus alienam, mihi vero familiarem te facias, prae-ter nudum, simplicem, necessariumque usum rerum temporalium, amore ac cupiditate omni te studeas abdicare. Super his neque si accesserint, gaudens: neque si a te fugerint, dolens. Porro vsus creaturarum sobrius sit, tamque necessarius, quam quod carere nequeas. Alia vero aut omnino non habeas, aut quasi non habens habeas. Oculis, auribus, caeterisque omnibus sensibus ac membris tuis inuigila, & cohibe, ne licet nocuiis inutilibusve pateant, ne curiositatem, aut sui oblectationem quaequant, ne denique ad inania, superflua, ociosaque se effundant: & postremo, ne contra molesta pro Dei amore aut proximi utilitate subeunda fugiant, aut se subducant. Obserua igitur ne quaecumque delectant audire, loqui, gustare, tangere aut quouis modo sentire, praesertim oblectandi gratia consentias: sed quaecumque ad necessitatem pertinent corporis vel animae, intentio casta ad meam gloriam dirigat, ut nusquam haereas, nusquam praeterquam in me Deo tuo quiescas. Hoc modo vim tibi inferendo crucifiges: ipsa membra tua, & sensuum morieris delectationibus, vitiis, concupiscentiis, inclinationibusque tuis prauis. Quamprimum itaque inordinatam in te concupiscentiam affectionemve senseris titillante, puta ad videndum, loquendum, gustandum, aut aliquid commodi gloriaeue obtinendum, ilico te mecum crucifigendam, cogita, delectationem atque desiderij huius consolationem tibi negando. Haec enim est crux tua, ut desiderijs sensuafitatis ac propriae quaesitionis reluctando, omnia in quibus mei honor aut animarum lucrum non quaeritur, tibi interdicas. Sic faciendo, & meam crucem portas, & meos dolores ac vulnera mihi permulces. Neque enim patenti mihi vberiores gratias agere neque doloribus meis aliter vice potes rependere, quam ut pro mei amore abneges temetipsam, molesta ac contraria hilariter subeundo, & mollia oblectantiaque contemnendo.

*Christus cruci adfixus quomodo sit contemplandus & imitandus:
mori seculo uti contingat: via crucis ut sit
sola via ad vitam.*

CANON VII.

Vuu 4

Aspice

Crucifixus
Christus
qui contē-
plandus.

Hier. 11.

Heb. 12.

Cruci qui-
nam quis
cum Chri-
sto affigatur

Matt. 20
Luc. 23
Ioan. 18
Psa. 118
1. Pet. 3.
Mat. 14.
Crucifigi
extra castra
quid my-
stice.

Aspice igitur nunc oculis fidei & deuotionis me fidelissimum amatorem & redemptorem tuum, medium inter latrones in in cruce distentum, pugnis & flagellis caesum, spinis coronatum, spuro ac sanguine oblitum, liquidum toto corpore ac vulneratum, tribus clauis affixum, à meis inter persequentium ac crudelissimorum hostium manus derelictum, inter amarissimos cruciatus non solum dulcedine, consolatione, ope ac refrigerio omni destitutum, sed etiam tristitia, amaritudine atque pressura intus, & extra contumeliis, maledictis & opprobriis turatum, velut agnum innocentem qui portatur ad victimam mansuetissimo corde tacentem, & ex aggeratis ad summum poenis inter suspiria, gemitus ac lacrymas pendentem hiantibus vulneribus, fluentibus riuis sanguineis, solutis membrorum compagibus, distractis neruis, pallida facie, inter minaces & horribiles expra-brantium hostium vultus morientem, atque cruciatu ineffabili, rupto corde ac dolore valido expirantem, vt me pro te darem in precium, in exemplum, & in premium. Tu igitur vt cruciformis mihi sit vita tua, quando impetus surgit concupiscentiarum, quando tentatio concutit, quando imminentium aduersitatum tribulationumq; instat ac viger, formido ac pavor, inter spem metumq; te erige, & quasi in monte Oliueti mecum angustata, te mihi resigna, meumq; beneplacitū elige. Porro si infirmitate corporis, si necessitate seruandæ charitatis, aut si superiorū iniunctione, voluntatis aut etiam deuotionis propriæ expers facta, duceres velis captiua pro officii imperio ad seruendum aliorum voluntati, recole captiuitatem simul ac obedientiam meam, quam inimicis quoque meis exhibui, vt tu absq; murmure meæ & superiorum voluntati obtemperans, vadas quo te pro meo beneplacito mittit imposta aut necessitas, aut infirmitas. Quæ si reprehensiones, accusaciones, calumnias, insultationes, obiurgationes atque insidias incideris: hominum immortificatorum importunitates, infirmitatesq; tolera patienter ac sine contradictione, memor verecundæ stationis meæ ante pontificem, ante præsidem & ante regem, vbi inique accusatus, tacui. Ita tu quoque non respondeas exprobrantibus tibi verbum, eo præsertim tempore, quando impatientiæ aut iræ titillatio in te sentitur, aut quando verbis tuis aduersarij tui non lenirentur, sed acriori potius furore accenderentur. Sic derisiones, vilipensiones, temeraria hominum iudicia ac detractiones silenter mecum sustine, non reddens maledictum pro maledicto, sed in mente habens, quomodo ante tribunal ipse ad mortem innocens propter te damnatus sum. Sed & mecum tunc extra castra te educam puta expoliandam & crucifigendam, dum omnes voluntates tuas, omnes amores tuos, & quicquid in creaturis tibi charum aut dulce esse potuit, post te cogaris relinquere. Vbi si in obseruatia diuini beneplaciti atque in tui ipsius relictione ac resignatione extensa, in tribulationum quoque aduersitatumq; sufferentia crucifixa, æmuloꝝ senseris erga te inuidiam, actus & verba tua obseruantium & te traduentium, sustinuerisq; insultantium atque improperantium linguas, bona tua calumniantium, & adeo vilem contēptibilemq; assermantium, sustine & gaude: & potissimè si etiam mansuetudinam tuam non gratiæ aut virtuti, sed malæ conscientiæ impotentia ac ignauias asserbant, quasi quæ respondere aut nescias, aut etiam volens, neque possis, neque audeas iniuriam tuam vlcisci: imò iniuria non sit, te contumeliis affici. In hoc inquam, vehementius gaude, quod non solum mecum, sed etiam pro me digna habearis iniurias & contumelias pati. Itaque contempta & iniuriis fatigata, si perseveranter cupis mihi esse conformis, nihil horum illis imputa, sed de manu prouidentia

dentia mea quae te his dignam iudicans, ad tuam utilitatem cuncta haec misericorditer ordinat, accipe ipsorum verò simplicitatem ac ignorantiam excusa, ac ne talia facientes apud me delicti habeant accusationem, pro eis ora: sic omnes quatas patris aduersitates in me refer, & mihi conformem vitam induere stude. Porro si non solum extra, sed etiam intus te praeserint amaritudines & angustiae, obsederintque ariditas & desolatio cor tuum, omni spirituali consolatione, deuotioneq; sensibili destitutum, nequaquam ad externas te consolationes propterea effundas, nec extra me peregrina & noua quaeras, sed amatoris tui, hoc est, meo exemplo te mihi resignes, videlicet te ipsam deserendo, & omnem cogitatum tuum in me proiciendo, meumq; beneplacitum spe firma & fiducia tranquilla expectando. Porro propter subtractionem hanc sensibilibus gratiae, qua in ariditate mentis relinqueris, non est quare terrearis (haec enim praecipui mei amici probati, & fideles constantesq; in sui abnegatione inuenti sunt) sed esto secura: quanto in exteriori homine tribulatio fuerit vehementior, quantoq; interioris hominis desertio ac pressura extiterit maior, tanto eris mihi crucifixior (si tamen interea nihilominus voluntas tua mihi manserit vnica) conformior, atque acceptior. Proinde omnibus desideriis & consolatione habendi moriaris necesse est: quia non delicias, sed maenam amaritudine fellis te in hac visa potandam debes expectare. De hoc poculo quanto tibi plus propinaueris, tanto tu contemptis omnibus terrenis ac visibilibus, virtutum perfectionem, gloriam meam ac beneplacitum, animarumq; salutem facias. Aestima te mundo mortuam, ut extinctis concupiscentiis, in omni re liberam, ac nusquam implicatam te serues mihi committens vniuersa: imò quasi de seculo hoc momento egressura, desideria & cogitationes tuas omnes transfer in me, ingrediens in latus & cor meum apertum, vbi quam si in sepulchro abscondaris & quiescas.

Cruci affigi ab intra quid mystice.

Deuotionis sensibilibus subtractio quo referenda.

Mori seculo qui mystice contingat.

Matt. 27
Heb. 13

Luce 9

Via crucis vt sit sola via ad salutem.

Luc. 24
Via arcta quoniam sit.

Filia, ego sum Dominus tuus, qui sub cruce pro te gemens extra Hierusalem eiectus sum, rosea sanguinis vestigia tibi in memoriam & pignus amoris relinquens, vt te ad mei imitationem, id est, ad crucem tollendam inuitarem propterea omnibus dixi: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*, ostendens non aliam viam esse ad aeternam vitam, atque viam crucis. Quod post resurrectionem quoque significare volui, *Oportebat*, inquit, *Christum pati, & ita intrare in gloriam suam*. Atque idem quos in hoc mundo chariores habui amicos, quos ad altiore promouere volui gradum sanctitatis, & subinde ad maiorem gloriam, hos durioribus ac pluribus hic tribulationibus affixi. Quippe, cui familiarissimum est potissimum in hoc mundo amicis meis, amariore propinare potiones: quandoquidem crux seu tribulatio via est arcta, sed est via nihilominus regia, qua omnes transierunt, omnes transire oportet, quicumque ad me, quicumque ad vitam peruenire beatam contendunt.

Crux quoniam sit incipientium quam sit illa subinde molesta, vt que patienter ea ferenda sit.

CANON VIII.

LEgisti scio triplicem crucem esse sanctorum: quarum vnā aut alteram nemo fuit amicorum meorum qui non tulerit. Prima crux occurrit quando tyro meus à mundo & ab his quae mundi sunt, coeperit se ad me conuertere: tunc

Crux incipientium quae sit.

XXX
oniam